



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

CXXIX. Die Bettelmönche in der Altstadt Brandenburg werden vom Banne freigesprochen, in welchen sie wegen der Zulassung Lippolds von Bredow gerathen sind, am 29. Aug. 1403.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

CXXIX. Die Bettelmönche in der Altstadt Brandenburg werden vom Banne freigesprochen, in welchen sie wegen der Zulassung Lippolds von Bredow gerathen sind, am 29. Aug. 1403.

Nicolaus Kruger, Thesaurarius ecclesie Magdeburgensis, iudex et conservator a venerando in Christo patre ac domino, domino Archiepiscopo magdeburgensi iudice et conservatore jurium religiosorum fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini principali, iudex et conservator subdeputatus, universis et singulis dominis episcopis, prepositis, decanis, scholasticis, cantoribus ac aliis in quibuscunque dignitatibus, personatibus vel officiis canonicis tam regularium quam secularium parochialium et capellarum divinorumque rectoribus per Magdeburgensem, Brandenburgensem, Pragensem, Bremensem provincias, civitates, dioceses ac alios per Almaniam ubilibet constitutis, ad quos presentes pervenerint, sinceram in domino charitatem. Cum, ut ex parte fratrum minorum conventus veteris civitatis Brandenburgensis recepimus, nuper hoc anno domini M. CCCC. III. die quinta mensis Maji, honorabilis vir dominus Henningus, prepositus ecclesie Brandenburgensis una cum ambarum civitatum Brand. plebanis propter strenui militis domini Lippoldi de Bredow ex parte religiosorum minorum fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini in Czerwift juxta nostrorum processum tenorem excommunicaret presentiam in ecclesia majori et in predictis civitatibus Brandenburg ipse suos observaret et obseruari faceret ecclesiasticum interdictum et facta ipsis fratribus per majoris ecclesie rectores intimatione de hujusmodi interdicto observando, ipsi fratres minores tam in vesperis quam in completorio idem interdictum observarent, tamen quia memorati fratres sequenti die videlicet tempore dedicationis ipsorum divina publice reassumere et apertis januis celebrare presumpserint, propter quod in majori ecclesia per dominos prepositum et capitulum et per ecclesiarum rectores de capitulo Brand. in civitate et extra per diocesin Brand. sepe ut excommunicati et interdicti violatores evitentur, et timent per alios ob hoc posse evitari, preterea licet per sepedictos fratres minores humiliter et cum instantia requisiti, ipsos fratres ex premissis in excommunicationis sententiam declaravimus non incidisse nec propter premissa hujusmodi interdictum aliquantulum violasse nec tamen hujusmodi nostra declaratio ipsis fratribus occasionem delinquendi et fulcumentum erroris afferre videatur, nostre declarationi effectum et ipsis penam presentibus tollimus et his scriptis in domino relaxamus ipsosque fratres minores conscientis ipsorum relinquimus, donec de premissis fuerint plenius informati. Insuper et si predicti fratres occasione premissorum aliquam excommunicationis sententiam incurrerunt, ipsos et ipsorum quemlibet ab hujusmodi excommunicationis sententia auctoritate, qua fungimur, absolvimus et absolutos ab omnibus et singulis presentibus requisiti memorie mandavimus in hic scriptis. Datum magdeburg anno Domini M. CCCC. tertio, die decollationis sancti Johannis Baptiste, nostro sub sigillo presentibus appenso.

Nach einer Copie im Domarchiv zu Brandenburg.

CXXX. Die Bruderschaft zu Unser lieben Frauen Rosenkranz stiftet einen Altar in der St. Gotthardskirche, am 3. Juni 1405.

Vor Iw Erwardiger In gott Vater vnd Herren, Herren Joachim, Bischopp to Brandenburg, vnnsern gnedigen Herrn, bekennen wyr Merten Bellin vnd gores Smedt anstadt der